

iudex Iacobus Loisii de Angelis

52

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Iacobus Loisii de Angelis

52

1483-02-13

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo octuagesimo tertio. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno vicesimoquinto,... mense Februarii, die tertiodecimo eiusdem, prime indictionis Mathere.

Nos Iacobus Loysii de Angelis de dicta civitate,... per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Andreas de Passarellis de dicta civitate,... publicus ubilibet per totum predictum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, donnus Andrea Gallus, donnus Ciccus de Monacello, donnus Antonellus de Clarellis et Ypolitus de Lactarolis, testes... de affata civitate,... notum facimus... quod... constitutis Iohanne magistri Viti de Paradisio, de dicta civitate... et Nardo Nicolai Antonii de Altamura de eadem civitate,... prefatus Iohannes... asseruit... habere... griptam unam cum platea ante ipsam, sitam... in civitate Matere, in Saxo Caveoso, in pictagio sancti Petri, iuxta domum donni Viti de Scalzonibus, iuxta ripam gravine, iuxta viam qua itur ad dictam ecclesiam sancti Petri;... et placuit eidem... vendere... supradictam griptam cum platea ante ipsam... Qua propter... vendidit... prefato Nardo... prefatam griptam cum platea ante ipsam,... sub annuo censu... tarenorum duorum... debendorum... imperpetuum... donno Eustasio de Gaptino et suis heredibus... pro... pretio tarenorum decem et septem...

† Ego Paulus Agathus de civitate Mathere regius ad contractus iudex, non quod fateor in predicto contractu intervenisse rogatus, sed qualiter loco et vice supradicti Iacobi Loysii de Angelis premortui, auctoritate regia ad id mihi concessa, habita et recepta prius testificatione

legitima de laudabili fama et vita dicti Iacobi iudicis premortui ac viso et cognito prothocollo supradicti notarii Andree viventis, predicta fateor vera esse et me subscripsi. † Ego donnus Ciccus de Munacello qui supra testis testor. † Ego dompnus Andrea Galluso qui supra testis testor. † Signum crucis proprie manus mei Ypoliti de Lactarolis qui supra testis illicterati et scribere nescientis.